6
20-c
2

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
18 D
59

6-20-c-2

Digitized by Google

DE PHILOMATHO
HODIE
ALEXANDRO VII.
PONTIFICE ROMANO OPT. MAX.

Varia, tum Latinè, tum Italicè.

Pace vniuerſali iam euulgata Anno Dom. MDCLIX.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

Digitized by Google

Digitized by Google

DISTICHOMILIA
SVPER
PHILOMATHI
MVSARVM IVVENILIVM

Carminibus XCIV.

Ad PHILOMATHVM ipſum, Romanæ latinitatis Inſtauratorem quam eximium.

BIBL. NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

CVIVS

ALEXANDRI VII.
CHRISTI VICARII

Sanctiſſimos Pedes ad genua provolutus auctor humillimè exoſculans, plenariam ſuorum delictorum Indulgentiam expoſtulat, ac Paternam Benedictionem.



BIBL. DOM. PROF. ROM. IHS

VENETIIS Apud Franciſcum Valuaſenſem. MDCLIX.

SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google

Digitized by Google

AVCTOR PHILOMATHO SVO.

Nomine, ac re more Academico

PHILOMATHO.

Baptiſmate, genere, ac Patria

FABIO CHISIO

SENENSI

DIGNITATE

Romano nunc Pontifici Optimo Maximo.

Nuncupatione

ALEXANDRO VII.

Cuius incorrupto iudicio omnia hæc diſticha, curſim edita, humillime ſubijciuntur.

HABES ſeorſim, ò mi PHILOMATHE, vniuerſa doctorum carminum tuorum ſubiecta, ſeu argumenta in fine, vbi ſub indiculo quodam, pro clariori, ac completiori horum omnium diſtichorum intellectu, ea verbatim reſcripſi. Fortè aliquot ex his diſticis meis tibi valdè abſtruſa videbuntur; aſt, quæſo, ne iudices ea prima facie omninò imperſcrutabilia, & ſub nimio acumine parum grata, ac propterea veluti enigmata quædam iña-

inania, & ridicula, à maximo tuo in re literaria imperio abijcienda, contemnendaque. Diſtici natura (ſicut melius tu noſti) non ſemper id quod continet, clauditque Sacramentum, ne illicò quoque, vix vno oculorum tractu luſtratum, euaneſceret, illicò patefacere fas eſt. Nonnulla deinde inſipida fortaſſe, male currentia, arida, ac ſine vllo ſucco, cætera demum ſuis item vitijs labefactata, ſubtili examine perlecta, exiſtimabis. Quod ſi verè talia ſunt, & omnia inſimul paruipendenda, damna ea ijſdem carminibus tuis 47. 48. 49. 50. quibus epigraphen *de Ioanne Latomo, qui epigrammata inſcripſit tumulis, ad Iouij elogia.* Vbi ſic magiſtralis cenſura tua.

Philom. de Io. Latomo.

Spiritus omnis abeſt, nec habent Epigrammata ſuccum;
Hoc tamen iſta virum carmine buſta nitent.
Prudens eſt Latomus: tumulis non carmina ponit,
Sed parat ipſe ſuis carminibus tumulos.

Illud tamen mihi perſuaſum, ac compertum, quod vbi de Camillo Querno Archipoeta ſatiricè quoque, ac lepidè calamus tuus.

Idem de Camillo Querno, Archip.

Cum ſatur eſt Quernus, ventoſa poemata ructat,
Non eſt id capiti, ſed ſtomacho, ingenium.

Nullum horum Anonymum meum pungere quibit, quippè qui neque communiori, ac vulgatiori Poetæ titulo adgaudere meretur, Philomuſus enim ſuus ille idem prorſus adeſt, de quo Martialis.

Exhereditauit te Philomuſe pater.

Neque ingenium (etſi alioquin obtuſum, ac rude)

in

in ſtomacho, ſed in capite habere profectò experitur.

Totum Anonymi mei tempus, in hiſce tam latinè, quam italicè conſcribendis refectiunculis, vix vnius menſis, & ſub ſigno Canchri. Eius ſtatus talis qualis. Valetudo animi (gratia Deo ſuo) integra, atque ab aulica ægritudine, cuius præcipua radix impietas, libera planè, canente Lucano, *Exeat aulam qui vult eſſe pius*. Eius vires corporis, licet ſub ætate aliquanto grandæua, ſcilicet ann. 56. & ſub haud modica carnis mole, ſacco cinereo, ac cilicino induta, (è monſtroſæ iam Hydræ faucibus, miſerantibus ſuperis, admirandum in modum erutus, & in charæ matris Italiæ ſynum iterum receptus) notabiliter inſtauratæ. Sola eius facies propter morbum quendam diuturnum, & ex nimia ingentique hepatis accenſione, ac capitis ſiccitate exortum, ignitis ferris, cauſticiſque remedijs ſingulis fere annis addicta, miſeranda admodum. Sub ijſdem remedijs dum adhuc premitur, nec ſine ſpe ſanitatis probabiliſſima ac proſſima, grauiora ſua ſtudia intermittens, occaſionem recreandi animi à principio ſuæ moroſæ curationis aſſumpſit, ex frequenti tuarũ Muſarum Iuuenilium lectione. Quandoquidem & ipſe pariter, aut maximis grauatus curis, quarum pondus Angelici humeri formidant, aut ſæpenumero tortus *lithiaſi* (*crudele malum*) viſceribus, in medio Pieridum cordis carniſque ærumnas honeſto ocio temperare ſolitus.

De Auctore nonnulla.

Carmen 93. fol. 117.

Igitur

Igitur Anonymus meus tibi, PHILOMATHE, aliquanto notus, licet non dum tuo notus Pontifici; Verum ſi Pontifex tuus ipſum caſu cerneret, horreret quidem eius aſpectum, à quo fortè terrefactus, Philomathi tui lingua, Chriſti Vicem nunc gerentis, haud amplius in Philomathum, ſed in Anonymum ita malis verbis iuſtè exclamaret.

Carmen 93.

Vt quid truncus iners, iam tot labentibus annis
Occupat hic terram, poma nec vlla parit?
Fronde viret ſterilis, pingui ficulnea campo
Succide, & fructus quæ negat igne luat.

Aſt Anonymus, *opprobrium hominum, & abiectio plebis* re, moribus, tractatione, ingenti formidine affectus, ne exoptata, expectataque benedictio in formidandam maledictionem verteretur, in faciem ſuam proſtratus, oblachrymantibus oculis, flebili ore, Philomathi voce obloquens, ita ſtatim paternam Magni Alexandri rogaret charitatem.

ibidem.

O Pater, ô quin hunc etiam dimittis in annum
Vt fodiam, fibras, exaturemque fimo?
Parce precor, fortaſſe iterum coluiſſe iuuabit,
Nec labor in ligno noſter inanis erit.
Expetiere breui, num vires tempore ſumat,
Fructu compenſans vberiore moram.

Si precanti, vt firmiter ſperatur, ſummus clemenſque totius Chriſti ouilis Paſtor iuxta eius petitionem annuere minimè renuerit, eique largam, concupitamque benedictionem impartiri ex animo digna-

gna-

gnabitur, promiſſa quantocyus exequi, omni quidem ſtudio ac pari diligentia curabit.

Quæ de Philomatho, ac de tempore in conſcribendis ſuis carminibus, nec non & de horum quantitate, ac qualitate ex alijs authoribus enucleatius decerpſi, paucis nonnullis à me additis, in literis liminaribus, tum quatuor ARCANORVM ſequentium ad Flauium Chiſium Card. Nepotem, tum etiam & Centonis Italici immediati ad Marium Chiſium fratrem, bona fide, & ab omni mercenaria intentione exemptus, vulgari, ac vernaculo atramento tradidi.

ANONYMVS

DISTICHOMILIÆ SVÆ.

Ne de clementiſſima totius Eccleſiæ Monarchæ, ad quem mittitur, diffidat humanitate.

EX CARM. PHILOM. LXXVIII. PAVCIS MVTATIS.

Saturnoque ſuo.

Eia age, feſtiuo reſonant dum compita Baccho,
Ac clauſo Iano *libera turba litat*;

Hic, tibi ſemoto quà panditur aula receſſu,
Innocuo mecum lude Thalia ſono.

Amico.

Nec dare iucundo pigeat breue carmen amanti,
Ingratus donis non erit ille tuis.

Seu colit æterna Romani Tybridis vrbe,
Alta Quirinali proxima tecta iugo.

Arbia campis.

Seu lambit Tuſcos, quà vitreus Amnis amænos
Inuiſit patriæ dulcia rura ſuæ.

Te, ſcio, ſuſcipiet lætus, totidemque reponet
Cantatos cithara nobiliore modos.

Digitized by Google

DISTICHOMILIA &c.

In titulum libri, cui Epigraphen

PHILOMATHI

MVSÆ IVVENILES.

ANAGRAMMA.

His Stella: Vah vi, inuide Mome.

Mutat P. in D.

Sed d. paruus ſupinè eſt etiam p. paruus.

DISTICHON.

Chiſia Stella *his Muſis eſt* (Vah vi, inuide Mome)
Quæ inuidiam, alta nitens, vrbe, & in orbe terit.

ALIVD.

MVSÆ PHILOMATI IVVENILES.

ANAGRAMMA.

Quo ſic Muſæ ipſæ, in Philomatho ſuo gloriabundæ.
Eamus eo, vt filiæ luminis.

DISTICHON.

MONTIBVS in FABII nos Soles dum efficit ASTER,
Luminis, *vt veri* filiæ eamus eo.

Digitized by Google

IN I. PHILOMATHI CARMEN.
De laude Poeſeos.

Nonnè Poeſis laurum dat tibi, Purpura claues?
Lauro iuncta chelys: clauibus arma crucis.

IN CARMEN II.
De die Annunciationis B. M. Virginis.

Cen Angelus Ancilla Domini ore animoque placebis,
Virginis intimius Virgo ſecreta videns.

IN CARMEN III.
De obitu Laurentij de Fliſco.

Ingens, Fliſce, tuà mortis virtute triumphus,
Tanto æterna tamen vate triumphus habet.

IN CARMEN IV.
Clementi Merlino, Sacræ Rotæ Auditori, modò inhibenti, modò indulgenti Philomatho carmina ſcribere.

Prohibet, inde haud Merlinus, conſcribere verſus.
Dauid flere lyra Petrus amara cogit.

IN CARMINA V. & VI.
De Leone manſueto Domitiani.

Agne Leo, Agnus adeſt, tua cantans: vote Leones
Vertere in agnellos, maxima cura ſua eſt.

IN CARMEN VII.
Vrbano VIII. Pontifice Max. Creato, cui argumentum; Similitudo verni Solis.

Cycnus vbi in Cycnum Vrbanum modulatur, & Aſter
In ſole eſt, aſter ſolem habet, vnde dies.

B

IN

In Philomàthi carmina omnia.

IN CARMINA VIII. & IX.

De Mure, commentaria Cæſaris corrodente.

Parturiunt CHISII immortalia SIDERA MONTES;
Muris dum inſcriptum Cæſaris ora fouent.

IN CARMEN X.

De obitu Alphonſi Marſilij equitis, amico fletu decantato.

Terno ridet vere Alphonſi hyems, flente camena
Stellifera, mirùm, triſtia læta micant

IN CARMEN XI.

De itinere Roma Ferrariam, an. 1629. plumbo diebus ſingulis adnotato. Poteſt etiam aptari carmini LXXXVIII.

Hic plumbo aurea ſcribit, raptim & carmina vates;
Singula ſtantque tamen fixa perenne ſono.

IN CARMEN XII.

De Roma veluti Phœnice.

Muſa probat Fabia, vt Phœnicem ſurgere Romam.
Cultus Alexandri ſed meliore die.

Hic carpit tacitè Philomathus, & cum eo pariter Diſticomiſta ſatyricum illud, cui ſubiectum,

ALMA ROMA.

ANAGRAMMA.

Mala Mora.

Alma mala eſt mora Romæ, bona eſt, vix viſa, relicta.
Senſus abi iſthinc. Miſterium adeq; fidei.

Digitized by Google

Diſtichomilia incerti Auctoris
IN CARMINA XIII. LXXI. LXXII. LXXIII.

Vbi de peſte, varijs in locis graſſante.

Hæc pictura loquax digna eſt, quia tetrica ſpirat,
Quantum dira lues: iſta fera, illa Pia.

IN CARMEN XIV.

De aqua in lapidem verſa.

Orpheus hoc mirum narrat: natura quod affert,
Maiori ars eius nobilis arte parit.

IN CARMEN XV.

De Pictoris Albani opere &c.

Amba ei cone ſuo Pietas redimita triumpho:
Hac ſed verba fouens, mortua viua facit.

IN CARMEN XVI.

Adſcribitur Philomathus inter Academicos Humoriſtas.

Humores inter Romæ quod ſcriberis, inquis.
Id quod es ingenio, fama perinde probat.

IN CARMINA XVII. XXXVI. & XXXVII.

De Horologijs, ſolari ac puluereo.

Luſtrans ſolis iter, tangens quoque puncta peralma,
Lux duplicis vita fit calamo, atque animo.

IN CARMEN XVIII.

De Rupellæ expugnatione.

Mars furit in cuneis, Vates per carmina Marte.
Enſe hoc, Penna iſthac Cæſar vtrinque placet.

IN

Digitized by Google

In Philomàthi carmina omnia.

IN CARMEN XIX.

De Bachanalibus, ac Pompis nuptialibus &c.

Pompa, tua huic ſpectacula plurima cede Poeſi,
Te, tua, crede, loquens, fortior ipſa mouet.

IN CARMINA OMNIA.

Diſticis XX. XLIX. L. LI. LVIII. LXI. explicata.

Diſticha Quaſconus longa efficis, hic quoque longa.
Capeu ea, contra iſthac plurima clara ferant.

IN CARMEN XXI.

De B. Petro Petronio Carthuſiano, indicem ſiniſtræ manus, ne fieret Sacerdos, ſibi abſcidente.

Felix index, quem pia dextera truncat, & inde
Felix, conſcribens hac tua dina manus.

IN CARMINA XXII. XXIII.

De obitu Felicis Samuelis Ratgeieſcij Poloni.

Funere Caſtalidum hoc cætus ſtat, ſtatque Iuuentus,
At Fabio ſemper, tempore Phœbus eo.

IN CARMEN XXIV.

De D. Maria Magdalena, in ſolutili cymba expoſita fluctibus.

Cymba Aganippæas nunc Magdala nauigat vndas;
Dulci allecta ſono, ſtabilis haret aqua.

IN CARMINA XXV. & XXVI.

Ludit, & alludit vita mortalis amori;
Conceptu gemino his quoque mirus adeſt.

IN

Diſtichomilia incerti Auctoris

IN CARMINA XXVII. & XXVII.

De Villa Chiſia, hoſpitibus Paulo III. an. 1541. ac Florentiæ Principibus 1622. memorabili.

Grandia facta canat vir grandis, Chiſia Villa
Inquit: cuncta modò grandia nonne mea?

IN CARMEN XXIX.

De obitu Mariæ Mediceæ &c.

Quod perijt, pereat ſonitu extincta ne Maria,
Immortale decus Pieridum reſonet.

IN CARMEN XXX:

De Vrſo Comite Ilcio &c.

Nomine viquè metri Vrſus, nunc Leo carmine in iſto;
Hinc in me fati dextra ſuperba nihil.

IN CARMEN XXXI.

Ad Angelum Grillum.

Noctu dulce quidem gratus ſit gutture Grillus;
Gratior hac lingua, noctedieque canens.

IN CARMEN XXII.

Ad Virgilium Maluettium Marchionem.

Dignus Alexandri pictor quis? ſolus Apelles.
Quis pro Virgilio? Virgilianus olor.

IN CARMEN XXVIII.

Franciſco Cennino Cardinali &c.

Noſter olor bis nunc vates hoc carmine: Tindi
Cennino, ipſe Dei forte aliunde ſibi.

IN

Digitized by Google

IN CARMEN XXXIX.

Cui inſcriptio NEMESIS.

BAPTISTAE caput AMBROSIVS deſcribit, & iſtud
Hic quoque vi multa ſcribit, & ore pari.

IN CARMINA XL. XLI. LXXIV. LXXV. LXVVI.

Et ſi quæ ſint ſimilia.

Sit CAESAR ſcriptor geſtorum CAESARIS: vnā
Factorum FABII lingua ſit & FABII.

IN CARMEN XLII.

Ad Ludouicum Cardinalem Ludouiſium &c.

Fœnus materies libri, atque inſignia fœnus;
Fœnorum at en præco fœnus vtrinque ſuus.

IN CARMEN XLIII.

Ecce Homo.

Ecce Homo, cuius imago alta quoque mente repoſta,
Extra talis adeſt, qualis & intus ineſt.

IN CARMEN XLIV.

Hortus Getſemani.

Sanguis in horto Chriſti virtus maxima amoris.
Maxima & hìc ſcriptus vis quoque vatis amor.

IN CARMEN XLV.

Oratio, quà petit auxilium à Deo.

Vates iurè pius, gemina ac pietate decorus,
Qua ſequitur Chriſtum, Chriſtiadoſque trahit.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Diſtichomilia incerti Authoris

IN CARMEN XLVI.

Optimum religioſum ad ſe conſolandum inuitat.

Viſcera torquentur, petit aſt mens aſtra Camenis.
Magnanimus, fortis ſpiritus iſta gerit.

IN. CARMINA XLVII. & XLVIII.

De Ioanne Latomo.

Senſa, Iuuenalis noſter dum carpit, honeſta
Pandit, acutè equidem, ſed ſine felle, ferit.

IN CARMEN LII.

De Sacello Guidonis Nolphi Fanenſis.

Amplius eſt lingua pulchrum exornare ſacellum,
Quam caput orbis herus nunc renouare manu.

IN CARMEN LIII.

De imagine crucifixi, miſsa ſibi ab amico.

Ore animat Crucifixum, quem donarat amicus
Audiat inde animum pendula imago ſuum.

IN CARMINA LIV. & LV.

De Roma Vrbe Leonina à Lepore victa.

Aſpicis, an legis id, quod viuo hoc carmine luſtras?
Aſpicis alma, & eo Martia Roma videt.

IN CARMEN LVI.

De Diua Catherina Senenſi è Gallia in Vrbem Gregorium XI. Summi. Pont. reuocante.

Cælicum idem reſonat Senenſis Virginis, atque
Senenſis pariter vatis in ore melos.

Digitized by Google

In Philomathi carmina omnia.

IN CARMEN LVII.

A medicis impetrata facultate, Comiti Vualtero Zapatæ, à quo elegentia carmina acceperat, reſpondet.

Indulget medicus, melius quod calica metra
Sanos ferre agros, quam medicina queunt.

IN CARMEN LIX.

Laudat Venetiarum Vrbem, ac eius Rempub. & Senatores.

Sit Veneta Vrbs quanta, atque in ea Reſpublica quanta,
Quanti ac inde Patres, Maxima Muſa ferat.

IN CARMEN LX.

Ioanni Baptiſtæ Pannilino &c.

Et rogat, & cogit; & calamo, quo perſonat eius
Plectrum admirandum, pectora victa cadunt.

IN CARMEN LXII.

De Roboreo, iuris ciuilis laurea donato.

Hac non vis Quercus ferri eſt, auri vis ſua, culta hac
Muſa, auri ramos, aurea poma refert.

IN CARMEN LXIII.

Chriſti Natalis Meditatio.

Nox Sol, Sol vates, nigrum omne eſt lumen: at vnus
Hæc dat monſtra IESVS, parturit vna chelys.

IN CARMEN LXIV.

Ad Alexandrum, Federici Petrucij filium, cui extincta vxore ſuadet cælibatum.

Cæleſtis corde, ac cæleſtis carmine, cœlum
Calicus ipſe affert, Calica cuncta ſua.

IN CARMEN LXV.

De quodam tumulato à diſcipulis viuo.

Fabula ſubtilis factum hoc: ſubtile poema.
Figmentum dignum; dignior at calamus.

IN CARMEN LXVI.

Tritura Hetruſca ad mores inſtruendos.

Alter Hetruſcus adeſt ſeraphim, dum ruſtica flectit
Ad mores: ſummum moribus ecce decus.

In carmina ſepulchralia LXVII. LXXIX. LXXX. LXXXIV.

Marmora mortis habent tuà carmina, marmora Roma.
Vtraque viua facis, viuis vtriſque Polo.

IN CARMEN LXVIII.

De Genuenſi Republica, &c.

Bifrons, ſurge, Deus, claue auri Ianua pande,
Mortis, in hac muſa, non ruitura, pede.

IN CARMEN LXIX.

Paruulus felis puellæ dono miſſus.

Haud capis, ò felis, mures, nos ſchemate paſcens
Dulciloquo, ah noſtrum corda lepore capis.

IN CARMEN LXX.

Super Canticum Moyſis.

Primus in orbe canens habeat nunc orbe priorem
Cantorem, iſte prior cantica cantet ei.

Digitized by Google

IN CARMEN LXXXI.

Super Pſalmum, Ecce quam bonum &c.

Concors chorda chely, ori vox, cordis; vterque
Dum lyricè cantat, ſit lyra vtrique Deus.

IN CARMEN LXXXVI.

Admonitio ad Carthuſianum.

Vates admonitor ſic, admonitus quoque vates;
Ille poeta Vir eſt, iſte poeta puer.

IN CARMEN XCII.

Peregrinatio in Sichem.

Virgo, parens verbi, Muſarum his caſtus amator,
Verus Apollo tibi ceu, tua templa petit.

IN CARMEN XCII.

In die aniuerſaria curationis periculoſæ.

Aurea plectra, album vatis memorate lapillum:
Sceptra oculata, metu pondera ferte Poli.

IN CARMEN POSTREMVM:

Cui materies Pompeius, Tragedia in V. actus deſterminata:

Magnum argumentum, magno quoque carmine dictum:
Magna etiam in magno tetrica ſcena viro.

In Philomati acclamatores:

Acclamate virum, vates, date carmina ad aſtra,
Quamuis laude omni maior, & ipſe fiat.

Digitized by Google

In eoſdem numero XII. conſignatos.

Hi, ceu digna aſtra, Heroes, duodena, coronent
Phœbum, cuius frons pectora docta beat.

TETRASTICON.

Super verſus MMMMMCCCCXI. quibus omnia XCIV. Philomathi Carmina conſtantur.

Vndenis cum quadringentis, quinque perinde
Millibus en Pindum, tu Philomuſe, colis.
Cabaliſta meus numeri myſteria linquens,
Commodius porrò, ferre alibi illa, ſibi

Socius verò Anonymi enumeraus MMMMMCCCCLXXIII. Ipſe Anonymus mox ita cecinit.

Quinque en mille, ac quater centum tres quoque verſus,
Septuaginta ſimul, iam Philomuſus habet.

FINIS.
DISTICHOMILIÆ.

Digitized by Google

INDICVLVS

Omnium Argumentorum Carminum

PHILOMATHI

Pro maiori Diſtichomiliæ intellectu.

CARMEN I. ODA.

In laudem Poeſeos.

NOn Militiam, non Mercaturam, non Agricolturam ſequi ſe canit, ſed Muſas: cetera morti eſſe obnoxia, has immortalitatem donare, ac mentis tranquillitatem. *fol. 1*

CARMEN II. ODA.

In diem Annunciationis B. MARIÆ VIRGINIS.

Perpetua allegoria, verum gratiæ tempus concepti in vtero Virginis Dei, Spiritus ſancti opera, deſcribit. *fol. 3*

CARMEN III. EPIGRAMMA.

In obitum Laurentij de Fliſco nobilis Genuenſis fol. 5.

CARMEN IV. EPISTOLA.

Clementi Merlino Sacræ Rotæ Auditori.

Inhibuerat ille auctori, ne verſus ſcriberet: indulſit poſtea, inuitans ad hortorum delicias; has ex temporali carmine refert, vnà & ſermones inuicem habitos. *fol. 6*

CARMEN V. & VI. EPIGR.

De Leone manſueto Domitiani. fol. 10.

CAR-

Digitized by Google

CARMEN VII. ODA.

Vrbano VIII. Pont. Max. creato.

Similitudine verni Solis, excitaturum prædicit ſemina virtutum ad meſſem gloriæ, in orbe chriſtiano. *fol.* 11.

CARMEN VIII. & IX. EPIGR.

Commentaria Cæſaris à mure corroſa. fol. 13.

CARMEN X. ODA.

In obitum Alphonſi Marſilij Equitis.

Lachrymas cohiberi poſſe negans, amiſſum amicum, militiam, mortem, patris ſucciſas ſpes, inconſolabilem iacturam, ac mortalitatis miſeram conditionem lamentatur. *fol.* 15.

CARMEN XI. EPICVM.

Iter Roma Ferrariam.

Anno 1629. in pugillaribus quolibet die, vt agebatur, plumbo adnotatum; obſtreticantibus Poemati (vt Auctor dicere ſolitus) non alijs Muſis quam nautis, ſtabularijs, cauponibus. *fol.* 19

CARMEN XII. EPIGR. fol. 23.

DE ROMA.

CARMEN XIII. EPICVM.

Peſtis Italiam populata anno 1630.

Poſt fluminum irruptiones, annonæ caritatem, ac bella, peſtis inſecuta eſt per vniuerſam Galliam Ciſalpinam. Hanc auctor, Ferrariæ degens, nequaquam humana diligentia, ſed morum improborum mutatione, in quos inuehitur, & diuina ope, ad quam ſollicitandam hortatur, profligari poſſe canit. *fol.* 24

Digitized by Google

CARMEN XIV. EPIGRAMMA.

De aqua in lapidem verſa. fol. 33.

CARMEN XV. EPIGRAMMA.

In Pictoris Albani opus.

Puer Ieſus *ſe vouens Patri; atque Angeli, eius cruciatuum inſtrumentis illudentes. fol. 38*

CARMEN XVI. ODA.

Sfortiæ Marchioni Pallauicino.

Principi Academiæ Humoriſtarum Romanæ obſequitur; à quo reuocatus ad Muſas manſuetiores, honorificè adſcribebatur inter Academicos: in quorum ſymbolum digitum intendit. fol. 35

CARMEN XVII. EPIGRAMMA.

Horologium ſolare. fol. 38.

CARMEN XVIII. ODA.

De Rupellæ expugnatione ad Caſſianum Puteum Equitem.

Regis conſtantiam in obſidenda laudat; Victoremque ad rebelles reliquos perſequendos animans, in partem laudis vocat Conſiliarium, & Cardinalem Sacræ Sedis Legatum, qui ea bella ſuaſerat. fol. 38

CARMEN XIX. EPICVM.

Dies Bacchanales anni 1631.

In nuptijs Io. Franciſci Fratris, ac Beatricis Taſſonæ, Iulius Sacchettus Cardinalis Ferrariæ Legatus, Bernardinum Spadam Cardinalem Bononiæ Legatum, & Carolum Mantuæ Ducem, cum filio ac nuru Principibus, inuitauit. Ludi militares dati, machinis adhibitis, ac muſicis cantibus. Tum Legatus Spada Comacli vrbem ad ſtagna luſtrauit, oblectationis gratia. Auctor, qui omnibus illis interfuerat, ſequenti die, bona fide, ſingula ac mutuos etiam ſermones refert hoc Carmine; quod eidem Cardinali Bononiam miſit. fol. 42

Digitized by Google

CARMEN XX. DISTICHON.

Dies verni apud Vbios anno 1640. fol. 51.

CARMEN XXI. ODA.

De Beato Petro Petronio Carthuſiano.

A Pietate laudat, atque Humilitate; quà permotus, ſiniſtra manus indicem ſibi abſciderat, ne Sacerdos promoueretur. *fol.* 52

CARMEN XXII. EPIGRAMMA.

In obitum Felicis Samuelis Ratgeieſcij, Poloni. fol. 53.

CARMEN XXIII. EPIGRAMMA.

De eodem. fol. 54.

CARMEN XXIV. ODA.

De Diua Maria Magdalena in gratiam Eherardi Saraceni Equitis ibidem.

Fluctibus expoſita in ſolutili cymba, fauſtum iter precatur; ac prædicit, quæ poſt appulſum in Galliam euentura erant, propagato Baptiſmo, ex illo: Et ſpiritus Domini ferebatur ſuper aquas. fol. 54

CARMEN XXV. TETRASTICON.

Sepulchralis vrna pro fonte in atrijs Romanorum.

CARMEN XXVI. TETRASTICON.

De eodem. fol. 57.

CARMEN XXVII. EPICVM.

In Porticu Villæ Chiſiæ.

Tertio à Senarum Vrbe lapide extat (vulgò Le volte*) vbi exceptum hoſpitio refert Paulum III. Pont. Max. anno* 1541. *fol.* 58

CAR-

Digitized by Google

CARMEN XXVIII. EPICVM.

Ibidem alio in Marmore.

Anno 1622. Magnum Etruriæ Ducem, Fratrem, Patruum, Matrem Auſtriacam, Auiam Lotharingam, ac Vrbinatem Principem, eò diuertiſſe animi cauſa, fol.59

CARMEN XXIX. ODA.

In obitu Mariæ Mediceæ, Mantuæ Ducis olim, tum Senatum Gubernatricis.

Venientem, nocturnis ignibus Vrbs, Saturni Dramate Academia, exceperat; ſed intra biennium conuerſa eſt in luctum lætitia. Eius laudes recenſet, & quam amplè eidem parentatum, fol.61

CARMEN XXX. ODA.

Ad Vrſum Comitem Ilcium.

In gratiam Hectoris Ninij, cum ei primam ex Senecæ Tragædijs dedicaret Hetruſco ſermone, ac rhythmo donatam. fol.66

CARMEN XXXI. EPIGRAMMA.

Ad Angelum Gryllum.

Cum in lucem ederet Carminum libellum, præfixo titulo PIORVM AFFECTVVM. fol.67

CARMEN XXXII. ODA.

Ad Virgilium Marchionem Maluettium.

In gratiam Hectoris Ninij, cum ſecundam ex Senecæ Tragœdijs dedicaret. Hetruſco ſermone, ac rhythmo donatam. fol.68

CARMEN XXXIII. EPIGRAMMA.

Horologium Puluereum. fol. 69.

CARMEN XXXIV. EPICVM.

Volumnio Bandinellio. fol. 70.

Oſtenderat Auctori Poema Dragmaticum, nuper impreſſum; eiuſque ſententiam rogauerat: hanc ipſe eodem die, poſt lectam operis præcipuam partem, candidè, ac familiariter ſic expreſſit. *fol.70*

CARMEN XXXV. ODA.

Ad Franciſcum Ballatum, in obitum Celſi Cittadini.

Rogatus à Principe Academiæ Philomathum Senis, viri doctiſſimi mortem lacrymatur, eiuſque laudes interſerit, Romæ degens, vbi eum operiebatur. *fol.75*

CARMEN XXXVI. EPIGR.

Horologium Puluereum. fol.77.

CARMEN XXXVII. EPIGRAMMA.

De eodem. fol. 78.

CARMEN XXXVIII. ODA.

Franciſco Cennino Cardinali.

Cum Nuncius Apoſtolicus in Hiſpania Cardinalis crearetur, Purpuram gratulatur, ac laudat. *fol.78*

CARMEN XXXIX. EPIGRAMMA.

NEMESIS.

Theodorico, Gothorum Regi Ariano, cananti, caput piſcis, tanquam Symmachi à ſe nuper occiſi, terrorem ac mortem intulit. *fol.80*

CARMEN XL. EPICVM.

Iter Melita Romam. fol.81

CAR-

CARMEN XLI. EPICVM.

Iter Ferraria Coloniam.

Qua terra iſtud, quà fluminibus Mœno Rhenoque actum anno 1639. proſequitur; notatu digna, quæ viderit, recenſens. fol.89

CARMEN XLII. ODA.

Ad Ludouicum Card. Ludouiſium, ac Venuſij Principem, fratres.

In gratia F. Cæleſtini Bruni Auguſtiniani, cum eis ille dedicaret librum de Vſuris; cuius fronti gentilitia eorumdem inſignia præpoſuerat. fol.106

CARMEN XLIII. SAPPHICVM.

De Saluatoris Dei Paſſione Meditatio. fol.108

ECCE HOMO.

CARMEN XLIV. ODE.

De eiuſdem Paſſione. Oda. fol.109

HORTVS GETHSEMANI.

CARMEN XLV. TETRAST.

Oratio, quà petit auxilium Deo. fol.110

CARMEN XLVI. EPICVM.

P. Carolo ab Arenberg Capucino.

Poſt longos atreſque dolores, lecto affixus, cum reſpiraret aliquantulum; optimum Religioſum ad ſe conſolandum inuitat. fol.111

CARMINA XLVII. XLVIII. TETRAST. XLIX. L. DISTICA.

De Ioanne Latomo, qui epigrammata inſcripſit tumulis ad Iouij elogia. fol.113

CAR-

CARMEN LI. DISTICHON.

Ad Andream Alciatum. fol.114

CARMEN LII. ODA.

De Sacello Guidonis Nolphij Fanenſis In gratiam Domini Ioſephi Conſtantij, Canonici Regularis Sancti Saluatoris. fol.114

CARMEN LIII. EPICVM.

Patre Benedicto Leodienſis Capucino.

Miſerat is Auctori piam imaginem, Kalend. Auguſti, & Carmen in eius laudem, ac gentilitium inſigne. Reponit Auctor imaginem teſſeræ, quam ſibi eo anno 1643. conformauerat; quâ, à ſecularibus abſtrahi ſe quotidie magis velle, profitetur. *fol.*117

CARMEN LIV. EPIGRAMMA.

Leonis victor Lepus.

Roma ab Arnulpho Germaniæ Rege per occaſionem Leporis capta; quæ Vrbs Leonina dicebatur. *fol.* 118

CARMEN LV. EPIGRAMMA.

De eodem luſus. fol.119

CARMEN LVI. ODA.

De Gregorio XI. Summo Pontifice, è Gallia in Vrbem Diuæ Catharinæ Senenſis precibus reuocato. fol.120

CARMEN LVII. EPICVM.

Comiti Gualtero Zapatæ, Regis Catholi Plenipotentario ad tractatus Pacis Generalis.

Cum ab eo elegantia carmina accepiſſet Auctor, quibus ſoteria praueniebat; quanquam grauiter decumbens, ne caput quidem eleuaret, à Medicis impetreta facultate, ſequentibus reſpondit. *fol.*122

Digitized by Google

CARMEN LVIII. DISTICHON.

De Camillo Querno Archipoeta. fol.123

CARMEN LIX. ODA.

Ad Dominicum Molinum Senatorem Venetum.

Venetiarum Vrbem ac Rempublicam præceteris laudat, eiuſque Senatores; & inter hos præcipuè D. Molinum. *fol.*124

CARMEN LX. EPICVM.

Ioanni Baptiſtæ Pannilino, vtriuſque ſiguaturæ Sanctiſsimi Referendario, Meliti Inquiſitori, ac Apoſtolico Delegato.

Reſpondet amico optimo de valetudine ſua, rogatque, vt P. Sebaſtianum Salelles Soc. Ieſu Theologum permoueat ad euulganda opera; quæ moliebatur iam antè ad ſanctæ Inquiſitionis munus inſtruendum. *fol.*126

CARMEN LXI. DISTICHON.

Flos Lydiæ dono miſſus. Ex eo Catulli.

Quem mulcent auræ, firmat Sol, educat imber. *fol.*127

CARMEN LXII. ODA.

De Roboreo, iuris Ciuilis laurea donato.

In gratiam Volumnij Bandinellij, alludit gentilitio Roboreo Inſigni; ac iuueni benè auſpicatur. *fol.*128

CARMEN LXIII. EPICVM.

Chriſti Natalis meditatio, quam Auctor ipſo

Peruigilio Natiuitatis, Eclogæ in modum, purè ſimpliciterque meditans, ita expreſſit. *fol.*130

Digitized by Google

CARMEN LXIV. ODA.

Ad Alexandrum, Federici Petrucij Filium.

Conſolatur ſuper morte Lauræ, eius ſponſa; cælibatum ſuadens, ac Romanæ Vrbis habitationem. *fol.* 132

CARMEN LXV. TETRASTICON.

De quodam, qui dicitur tumulatus à diſcipulis viuus, cum crederetur mortuus. fol. 134

CARMEN LXVI. LYRICVM.

TRITVRA.

Hiſtoricè, & ad modum Hetruriæ, meſſis trituram deſcribit; eaque vtitur ad mores inſtruendos. *fol.* 135

CARMEN LXVII. TETRAST.

In gratiam Epiſcopi Ceruienſis: eius ſepulchro incidendum.

CARMEN LXVIII. SCANZON.

De Geuuenſium Republica, poſt fugatos Hoſtes, Ioanne Iacobo Lomellino creato Principe. In gratiam Ioannis Mariæ Gherardi. fol. 138

CARMEN LXIX. HENDECASYLABVM.

FELIS.

Puella felem dono mittit; cuius mores in venando, edendo, cubandoque nec non pulchritudinem elegantiaſque deſcribit. *fol.* 140

CARMEN LXX. ODA.

Canticum Moyſis, Cantemus Domino &c. *Exodi* 15:

Paraphraſi poetica reddidit in gratiam Franciſci Mariæ Merlini, Epiſcopi Ceruienſis. *fol.* 143

Digitized by Google

CARMEN LXXI. TETRAST.

LXXI. Hendecaſyl. LXXIII. Tetraſticon.

IN MAGNVM.

Bononienſi peſte graſſante, Bononienſes aues à Magno Ferraria non admiſſæ. *fol.* 150

CARMEN LXXIV. EPICVM.

D. Aſcanio Pio de Sabaudia Ferrariam.

Moram ſuam in Veſtphalia ad quinque annos, ac Pacis fruſtrationem dolens, Italiæ motus, Germaniæ vaſtitatem amico ab oculos ponit; ac tranquillitatem vouens, Deo amoris Spiritui ſancto commendat, Auguſto menſe anni 1648.

CARMEN LXXV. Lyricum Elegiacum.

D. Iacobo Abbati Altouito. Romam.

Amico veteri de ſua valetudine, de curis, de Pacis negotijs ſcribens, dilatam eam malo omine lachrymatur; & à Deo probitatem vitæ petendam aſſerit. *fol.* 155

CARMEN LXXVI. LYRICVM.

D. Franciſco Albicio Præſuli. Romam.

Patientiæ ab amico admonitus, tranquillo ſè animo eſſe oſtendit: Monaſterium Veſtphaliæ Vrbem, ædificia, incolas ac mores ludicro carmine deſcribens. *fol.* 161

CARMEN LXXVII. LYRICVM.

FELKEN.

D. Franciſco Nerlio, Mantuano Marchioni.

Amico, qui Monaſterienſem veſtem miratus, quâ mulieres caput, & humeros tegunt, eam depingi curauerat; & in Italiam miſerat. Eandem accuratè deſcribit per otium, & ioci cauſa.

E CAR-

CARMEN LXXVIII. LYRICVM.

D. Calanio de Aciaria Romam.

Idus Februarij anni 1649. diem ſuum natalem conſecrat: à quo bona ſibi profecta recenſet, ac Diuinam erga delicta clementiam mortalis vitæ pericula, & documenta piè meditatus, cum amico communicat. fol. 170

CARMEN XXIX. EPIGRAMMA.

Inſcriptio ſepulchri innominati, ad monitionem ſolam lectoris.

CARMEN LXXX. EPIGRAMMA.

Inſcriptio ſepulchralis Herculis, Pictoris muti Ferrarienſis. fol. 174

CARMEN LXXXI. EPIGRAMMA.

PSALMVS CXXXII.

Ecce quàm bonum, & quàm iucundum habitare fratres in vnum, &c.

Exametro Carmine redditus. fol. eod.

CARMEN LXXXII. RHYTMICVM.

Sepulchralis inſcriptio.

Rhythmica ſtylo ſeculi decimi, & circiter. fol. 176

CARMEN LXXXIII. EPICVM.

P. Franciſco Vander Veken Soc. Ieſu. Coloniam.

Diem ſui ingreſſus in Monaſterienſem Vrbem colit, ac lamentatur ſanctæ Religionis damna; quorum grauitatem ac Europæ ſtatum deplorans, ad bellum contra Turcas alios animat, ſeſe offert, atque amici Patris preces implorat, Martio menſe 1649.

CARMEN LXXXIV. RHYTHMICVM.

Inſcriptio ſepulchralis Rhythmica ex antiquo. fol. 180

CAR.

Digitized by Google

CARMEN LXXXV. EXASTICON.

Inſcriptio ſepulchralis Melitam miſſa Franciſco Picolomineo Equiti Priori Bauilæ, ſub eius nomine, ac titulis marmori incidenda. fol. 181

CARMEN LXXXVI. EPIGRAMMA.

Admonitio ad Carthuſianum. fol. eod.

CARMEN LXXXVII. EPICVM.

D. Hieronymo Bonuiſo Cameræ Apoſtolicæ Clerico.

Iter Colonia Monaſterium vſque Veſtphaliæ 1644. amico mittit, qui illud querebatur ſe non accepiſſe. *fol. 182*

CARMEN LXXXVIII. EPICVM.

D. Lucæ Holſtenio Canonico S. Petri. Romam.

Iter Monaſterio Veſtphaliæ Aquiſgranum anno 1649. in ipſo itinere ſcriptum in pugillaribus. *fol. 188*

CARMEN LXXXIX. EPICVM.

De Pluuijs Monaſterij Vrbis.

Bernardo Rottendorffio Archiatro ſe excuſat, & rationes affert, cur illam vocauerit Patriam nimborum; incolarum mores ex occaſione deſcribens, & per iocum carpens. *fol. 197*

CARMEN XC. EPICVM.

Iter Aquiſgrano Treuiros anno 1650.

D. Athanaſio Rodulphio, qui auctori comes fuerat itineris, & ſcriptionis. *fol. 200*

CARMEN XCI. EPICVM.

Iter Treuiris Aquiſgranum anno 1650. Ad Flauium Nepotem. 206

Digitized by Google

CARMEN XCII. LYRICVM.

Peregrinatio in Sichem ad D.Virginis templum. Antonio Abbati S.Anaſtaſiæ. fol.212

CARMEN XCIII. LYRICVM.

In die anniuerſaria curationis periculoſæ.

Ad 1. Archiepiſcopum Epheſinum; ſectionem calculi, & Angeli cuſtodiam, ac plura alia beneficia recenſet. fol.217

POMPEIVS, TRAGOEDIA.

Quam auctor anno 1621. cum fortè ruſticaretur, luſit, Senecæ in morem, tum quo ad œconomiam, tum quo ad metrum, ſolius oblectationis gratia; nec vnquam publicè dari paſſus eſt. fol.221

Digitized by Google

PHILOMATHVS

HODIE

ALEXANDER VII.

CHISIVS

. Chriſti Vicarius .

Siue

ARCANA QVATVOR:

E ſuis Anagrammatibus deriuata .

Digitized by Google

Digitized by Google

PHILOMATHVS.
HODIE
ALEXANDER VII.
CHISIVS.
Chriſti Vicarius.

Cuius quinque hæ nomenclaturæ exhibent. iuxta legem tranſponendi literas

ARCANA QVATVOR:
Quæ ſunt

Nexus vigil, ſpe his arde.
Rete Mundi, Sal, Pax.
Eſt ne Aſtrum? Dei Pax?
CHISIÆ STIRPI
Clarum Sidus, Rex natu
HORVM THEMATA.

Suſcipiant montes Pacem Populo. Pſal. 71.
Funiculus triplex difficile rumpitur. Eccleſ. 4.
Quaſi ſtella matutina in medio nebulæ. Eccleſ. 10.
Ab vno orti ſunt (& hoc mortuo) tanquã ſidera cæli in multitudine. Ad Hebræos 11.

EXPLICATIO:
Per totidem Centones more inſcriptionum Romanorum: quibus vt plurimum dulciſono ductu arridebit

PHILOMATHVS.

Digitized by Google

AD REVERENDISSIMAM

D. FLAVII CHISII,
II MARII FILII,

Ac S. R. E. Card. Patroni,

EMINENTIAM.

Ad quam Anonymo-Philomathus Patruus lyrice paucis mutatis ex Carm. IV.

Aſtrea. Iuris, caſta lia nobilis bo ſpes aqua. Iamiam

Romanæ decus aulæ, *tu, mihi, culte Sacerdos*
Princeps, montoſi ſtella diurna Poli.
Qui proauos virtute, genus qui moribus æquas
Es meritò *gemino cingis honore caput.*

Epicè ex Carm. LXXVII.

Carmina: Dictata. Vvalter Comes.

Hæc ægrotantis languentia fragmina *ab ore*
Collecta *excipies, quà ſuetus fronte ſerena.*
Heros *Doctè* latis, *magnis par rebus agendis.*

Melicè ex Carm. XXXVIII.

O Vaticanis addite Patribus,
Tractant perenni qui Capitolio
Terrarum habenas Purpurati, &
Sceptra tenent propriora cælo;
Ne ſperne mollis carmina tibiæ,
Quæ plauſibus miſcet popularibus.
Dicam vetuſtate micantem
Progenie Patriaque Sena.
Dicam potentis te Themidos iubar,
Doctumque pectus, ſeu variabile
Frenare vulgus, ſeu ſuperbas
Eloquio reuocare mentes.
Maiora certis præmia te manent
Reſtatque forſan maxima pars tui
Edenda terris. Hac ſequar te, &
Voce canam grauiore vates.

QVIS

Digitized by Google

QVIS
PHILOMATHVS,

Quo tempore ſcripſerit, quot carmina ſcripſerit, & qualia.

DE PHILOMATHO, ac de eius in Poeſi eminentia nonniſi duos tantum, & ambos Germanos tum natione, tum etiam & ortu, amboſque doctos viros, Canonicoſque, alterum Treuirenſem, & Monaſterienſem, alterum verò Hildeſienſem, & Paderbornenſem (preter acclamatores alios, in fine recenſendos) hìc modo principaliter afferre, mihi vtique commodius. Literæ eorum & liminares ſimul in poſteriori Philomathi editione anni 1654. priori auctiore. Illæ, auctore Guilielmo à Furſtenberg, ad prænobilem adoleſcentem Flauium Chiſium, Marij filium, Flauij nepotem ſub dat. Prid. Non. April. 1645. Hæ vero à Ferdinando fratre conſcriptæ, anno prodiere 1653. Papatui Philomathi immediato, ac fauente Proſis meis Italicis ad Principem Catholicum. Nam tum ab eadem officina Plantiniana (cui præſes vir ingenuus Balthaſar Moretus, ad quem ſcribit idem Ferdinandus, ab eo ſemel & iterum rogatus, vt ſtudia ſua quam accuratè in Philomathum impenderet, & quidquid de eo ſentiret, quantocyus reſpondere dignaretur) exiere in folio.

Qui ſcripſerint de Philomatho.

Tangit auctor quaſdã ſuas proſas Italicas.

Incolens anno prædicto 1645. Theutoniam Philomathus ſub Epiſcopali munere Ciuitatis Neritæ, quæ à Patria mea, cui Gentilitium plures Aquilæ, 12. tantum miliaribus Italicis diſtat, in tractu Rhenano quoque, quo reſidentia ſolita Colonia Agrippina, & in Vveſtphalia ad generalem pacem inter principes conciliandam, extraordinarium Apoſtolicum, cum facultate legati de latere ſub predeceſsoribus Pontificibus Vrbano. VIII. & Innocentio X. huic non ſine peculiari ſuperum nutu deinde ſucceſſit, magna omnium fama, & exemplo, *Non quæ ſua ſunt quærens, ſed quæ Ieſu Chriſti*, ingenuè pariter ac ſolicitè agebat. Annus vero poſt commemoratus Philomati Eminentiæ ac Purpuræ poſtremus fuit, nec non, vt duxi, & ſuæ Beatitudini ac Sanctitati proximior.

Philomathi officia ante Papatum.

Igitur PHILOMATHVS, teſte Gulielmo prefato, notiſsimum Senenſis Academici nomen, idemque nonnullis PHILOMOSVS, quod

Digitized by Google

nomen apud Theſaurum Poeticum, ſeu Proſodiam Henrici Smetij Medici, qui citat Martialem illo verſu pentametro

Exhereditauit te Philomuſe pater.

Quis Philomathus. Titulus libri Philomathi Quot eius Carmina.

Frons voluminis in eius Epigraphen ſic ſe habet. PHILOMATHI MVSÆ IVVENILES. Scripſit autem ſua carmina (quæ ſunt numero 93. præter POMPEIVM, TRAGEDIAM valdè egregiam, cuius ſcena ad littus Peluſij octo interlocutoribus præſentata, in quinque actus diſterminatur) partim adoleſcens, partim vir, modo inter grauiſſimas occupationes, modo in itinere aliud agens, ac recreandi tantum animi gratia.

Ratio 1. de intitulatione muſarum Philomathi

Quare autem Muſas ſuas, tam maſcula, ac virili arte, & ingenio fultas, Iuueniles dici voluerit Philomathus, rationem verè dignam affert idem cenſor his verbis. *Muſa hæ*, inquit, *ſemper iuuenes, quia ſicuti & ſenex laudatur in quo aliquid iuuenile, ita iuueniliter amano animo, & quidem quod refert, in continuis grauiſſimiſque occupationibus, immo inſuper in morbis admodum acutis, ac pertinacibus ab ſeſe effuſas, quæ profectò Iuuenilitas in fortiſſimo illo, ac manſuetiſſimo funditus, mortaliumque omnium amantiſſimo pectore, habitantem ſpiritum Dei arguit.*

Ratio 2. & quidem non contemnenda.

Adde, quod fortè auctor ea nomenclatura ad ſolius potius temporis, omnia in ſenectam perniciſſimo interitu redigentis, iacturam, Mortaliumque obliuionem, in ſuarum Muſarum robur, ac nomen haud vnquam præualeturas, aſpexerit, quam ad aliquid aliud. Et illo, vt puto, modo quo Ouidius cecinit de Sileno lib. 14. Met.

Silenuſque ſuis ſemper iuuenilior annis.

Phil. ipſe ſibi ac ſuis muſis vates, & vaticinator.

Ipſe Philomathus ſibi hocce titulo auctor, ac ſuis pariter & muſis vates, & vaticinator. Frontiſpicio libri vix inſpecto, ac lecto, idipſum explicat carmine illo celebratiſſimo in laudem Poeſeos, cui argumentum. *Non Militum, non Mercaturam, non Agriculturam ſequi ſe canit, ſed muſas: cætera morbi eſſe obnoxia; has immortalitatem donare, ac mentis tranquillitatem.* Eius carmen, quod ipſe vaticinium nuncupo, quodque titulo libri, amorem, ac ſtudium erga poeſim ſeu Muſas exprimentis, concinnè reſpondet, ita ſe habet.

Tempus fugaci vulnerat impetu,
Rituque Parthorum feriens, ruit
Verſis ſagittis: hoc Theatra
Arma, Duces, opulenta Regna
Vrbeſque totas, cuncta, ſilentijs
Immergit altis; nec patitur diù
Manere quidquam. Vnum Camænis
Perpetuum dedit eſſe carmen.

Qualia Ph. Carmina.

Philomathi carmina varia, ac delectabilia admodum. Eorum excellentia non aliunde expetenda, quam ex ſeſe. Nec alia de cauſa,

Digitized by Google

ni fallor, ſub ignoto nomine tradita: quippe quæ ſola ſufficerent ad omnem, ſiue genuinam, & propriam, ſiue etiam & auctoris colluſtrationem. Aſt Gulielmus memoratus nuncupans nobile opus, *Auulſum humeris caput, & ſine nomine corpus, prob quantum,* ait, *momentum acceſſiſſet, ſi auctor patuiſſet in fronte tot grauiorum ſtudiorum laureis, tot magiſtratuum geſtorum laudibus illuſtris, vt nihil de pietate, ac moribus dicam.* Subdit tamen inferius expreſſum de Philomatho iudicium in hunc modum. *Euolue paulisper in Epico carmine Maronem, in Melico Venuſinum vatem, in Tragico Senecam, alibi Martialem acumine etiam num Principem, alibi inter Satyros regem Iuuenalem intuebere. Occiduum facile, & ingenioſo, nec nitido Propertium, nec Romano ore Catullum deſiderabis. Non iam tamen à mollitie, & nequitia teneris animis noxios, ſed quos ipſa Caſtitas è Cypro Senas in Vrbem virginis traduxit.* Hactenus Gulielmus.

Anonymus de ignoto Phil. nom.
Guil. de eod.
Phil. in omni poeſis genere excellēs
Maro.
Horat.
Seneca.
Martial.
Iuuenalis.
Ouidius.
Propert.
Catullus.
Omnes hi vnus Philomathus.

In literis Ferdinandi fratris ad Morethum (tactis tantummodo cum eo Veteribus Heroibus, ac Principibus, qui poeſi aurea ſæcula propagauere.)

I. Hanc habeo certam comparationem inter Romam veterem, & recentem. Quid enim, aio, inquit, Fracaſtorijs, Sanazarijs, Nauagerijs, Sarbieuijs, Baldæis, Heinſijs, & poeſim cum imperio pari maieſtate tractare nato Vrbano VIII. P. O. M. ad ſummum gloriæ ſplendorem defuit, niſi illa è tenebris vetuſtatis aſcita lux? quæ antiquorum monumenta, non minus commendat, quam obſcuriores colorum vmbræ picturam animant ac illuſtrant. Sed dum noſtro hoc quantumuis ferreo ſæculo non deſint, qui aurea illa ætate vixiſſe mereantur, ſuas ſibi laudes habeat, ac temporis prærogatiuam vetuſtas. Profectò vel vnius Philomathi Muſæ Iuueniles, meo quidem iudicio, ſufficiunt, vt optimè noſtrorum temporum dignitati conſultum dicamus, & nihil de noſtra felicitate veterum ſæculorum inuidia decerpat.

Ex lit. Ferd. nonnulla præcipua.
Id etiam aſſerit Anonym. Stropha 3. ſui centonis Italici ad D. Mariū Chiſium, antequam legeret hunc auctorem.

II. Habeo commune iudicium de dignitate Philomathi apud Cæſarem Auguſtum Ferdinandum III. & alios Germaniȩ proceres, grauiſſima legatione dum ipſe perfungeretur in generalibus omnium Imperij ordinum Comitijs, Ratisbonam indictis.

III. Habeo. Philomathum non ſolum vberem rei benè gerendæ materiam, ſed etiam varium carminis ſcribendi præbere argumentum, maximam afferre vtilitatem, fumoſas maiorum imagines propriæ virtutis, ac doctrinæ luce reddere conſpectiores.

Phil. valdè vtilis.

IV. Habeo illud (poſt breue tum in relegatores, & proſcriptores omnis muſarum nominis, tanquam putidi, aut furioſi, & à Reipublicæ gubernaculis, & Principum conſilijs penitus extirpandi, tum in maledicos Momos, ac Zoiliſtas inuectiuam) ſcilicet poeticam Philomathi noſtri facultatem calumniari qui auſus eſt, hoc ſolum effecit, vt ipſæ repulſæ ignominiæ confuſus, hic ſacri honoris murice ornatus erubuerit.

F 2 V. Et

nomen apud Theſaurum Poeticum, ſeu Proſodiam Henrici Smetij Medici, qui citat Martialem illo verſu pentametro

Exhereditauit te Philomuſe pater.

Quis Philomathus. Titulus libri Philomathi Quot eius Carmina.

Frons voluminis in eius Epigraphen ſic ſe habet. PHILOMATHI MVSÆ IVVENILES. Scripſit autem ſua carmina (quæ ſunt numero 93. præter POMPEIVM, TRAGEDIAM valdè egregiam, cuius ſcena ad littus Peluſij octo interlocutoribus præſentata, in quinque actus diſterminatur) partim adoleſcens, partim vir, modo inter grauiſſimas occupationes, modo in itinere aliud agens, ac recreandi tantum animi gratia.

Ratio 1. de intitulatione muſarum Philomathi

Quare autem Muſas ſuas, tam maſcula, ac virili arte, & ingenio fultas, Iuueniles dici voluerit Philomathus, rationem verè dignam affert idem cenſor his verbis. *Muſæ hæ, inquit, ſemper iuuenes, quia ſicuti & ſenex laudatur in quo aliquid iuuenile, ita iuueniliter amœno animo, & quidem quod refert, in continuis grauiſſimiſque occupationibus, immo inſuper in morbis admodum acutis, ac pertinacibus ab ſeſe effuſas, quæ profectò Iuuenilitas in fortiſſimo illo, ac manſuetiſſimo funditus, mortaliumque omnium amantiſſimo pectore, habitantem ſpiritum Dei arguit.*

Ratio 2. & quidem non contemnenda.

Adde, quod fortè auctor ea nomenclatura ad ſolius potius temporis, omnia in ſenectam perniciſſimo interitu redigentis, iacturam, Mortaliumque obliuionem, in ſuarum Muſarum robur, ac nomen haud vnquam præualeturas, aſpexerit, quam ad aliquid aliud. Et illo, vt puto, modo quo Ouidius cecinit de Sileno lib. 14. Met.

Silenuſque ſuis ſemper iuuenilior annis.

Phil. ipſe ſibi ac ſuis muſis vates, & vaticinator.

Ipſe Philomathus ſibi hocce titulo auctor, ac ſuis pariter & muſis vates, & vaticinator, Frontiſpicio libri vix inſpecto, ac lecto, idipſum explicat carmine illo celebratiſſimo in laudem Poeſeos, cui argumentum. *Non Militum, non Mercaturam, non Agriculturam ſequi ſe canit, ſed muſas: cætera morbi eſſe obnoxia; has immortalitatem donare, ac mentis tranquillitatem.* Eius carmen, quod ipſe vaticinium nuncupo, quodque titulo libri, amorem, ac ſtudium erga poeſim ſeu Muſas exprimentis, concinnè reſpondet, ita ſe habet.

Tempus fugaci vulnerat impetu,
Rituque Parthorum feriens, ruit
Verſis ſagittis: hoc Theatra
Arma, Duces, opulenta Regna
Vrbeſque totas, cuncta, ſilentijs
Immergit altis; nec patitur diù
Manere quidquam. Vnum Camœnis
Perpetuum dedit eſſe carmen.

Qualia Ph. Carmina.

Philomathi carmina varia, ac delectabilia admodum. Eorum excellentia non aliunde expetenda, quam ex ſeſe. Nec alia de cauſa,

Digitized by Google

ni fallor, ſub ignoto nomine tradita; quippe quæ ſola ſufficerent ad omnem, ſiue genuinam, & propriam, ſiue etiam & auctoris colluſtrationem. Aſt Gulielmus memoratus nuncupans nobile opus, *Auulſum humeris caput, & ſine nomine corpus, proh quantum*, ait, *momentum acceſſiſſet, ſi auctor patuiſſet in fronte tot grauiorum ſtudiorum laureis, tot magiſtratuum geſtorum laudibus illuſtris, vt nihil de pietate, ac moribus dicam.* Subdit tamen inferius expreſſum de Philomatho iudicium in hunc modum. *Euolue paulisper in Epico carmine Maronem, in Melico Venuſinum vatem, in Tragico Senecam, alibi Martialem acumine etiam num Principem, alibi inter Satyros regem Iuuenalem intuebere. Occiduum facile, & ingenioſo, nec nitido Propertium, nec Romano ore Catullum deſiderabis. Non iam tamen à mollitie, & nequitia teneris animis noxios, ſed quos ipſa Caſtitas è Cypro Senas in Vrbem virginis traduxit.* Hactenus Gulielmus.

Anonymus de ignoto Phil. nom.

Guil. de eod.

Phil. in omni poeſis genere excellẽs Maro. Horat. Seneca. Martial. Iuuenalis. Ouidius. Propert. Catullus. Omnes hi vnus Philomathus.

In literis Ferdinandi fratris ad Morethum (tactis tantummodo cum eo Veteribus Heroibus, ac Principibus, qui poeſi aurea ſæcula propagauere.)

Ex lit. Ferd. nonnulla præcipua.

I. Hanc habeo certam comparationem inter Romam veterem, & recentem. Quid enim, aio, inquit, Fracaſtorijs, Sanazarijs, Nauagerijs, Sarbieuijs, Baldæis, Heinſijs, & poeſim cum imperio pari maieſtate tractare nato Vrbano VIII. P. O. M. ad ſummum gloriæ ſplendorem defuit, niſi illa è tenebris vetuſtatis aſcita lux? quæ antiquorum monumenta, non minus commendat, quam obſcuriores colorum vmbræ picturam animant ac illuſtrant. Sed dum noſtro hoc quantumuis ferreo ſæculo non deſint, qui aurea illa ætate vixiſſe mereantur, ſuas ſibi laudes habeat, ac temporis prærogatiuam vetuſtas. Profectò vel vnius Philomathi Muſæ Iuueniles, meo quidem iudicio, ſufficiunt, vt optimè noſtrorum temporum dignitati conſultum dicamus, & nihil de noſtra felicitate veterum ſæculorum inuidia decerpat.

Id etiam aſſerit Anonym. Stropha 3. ſui centonis Italici ad D. Mariũ Chiſium, antequam legeret hunc auctorem.

II. Habeo commune iudicium de dignitate Philomathi apud Cæſarem Auguſtum Ferdinandum III. & alios Germanię proceres, grauiſſima legatione dum ipſe perfungeretur in generalibus omnium Imperij ordinum Comitijs, Ratisbonam indictis.

III. Habeo. Philomathum non ſolum vberem rei benè gerendæ materiam, ſed etiam varium carminis ſcribendi præbere argumentum, maximam afferre vtilitatem, fumoſas maiorum imagines propriæ virtutis, ac doctrinæ luce reddere conſpectiores.

Phil. valdè vtilis.

IV. Habeo illud (poſt breue tum in relegatores, & proſcriptores omnis muſarum nominis, tanquam putidi, aut furioſi, & à Reipublicæ gubernaculis, & Principum conſilijs penitus extirpandi, tum in maledicos Momos, ac Zoiliſtas inuectinam) ſcilicet poeticam Philomathi noſtri facultatem calumniari qui auſus eſt, hoc ſolum effecit, vt ipſæ repulſæ ignominiæ confuſus, hic ſacri honoris murice ornatus erubuerit.

Digitized by Google

V. Et vltimo habeo hanc concluſionem. Cæterùm nunc tuum Cl. Morete, nouam elegantiſſimo operi lucem impertiri, ac memoriam nominis, quam ingenio Philomathus ſibi comparauit, Plantinianis typis reddere immortalem. Hæc ex Ferdinando citato.

Alexander Taxonus, inter Italicos noſtri æui ſcriptores tam poeſi, quam ſoluta oratione acutie, & grauitate ingenij valdè notus, ad illam ſciſcitationem, *num in doctrinis, & artibus antiqui recenſioribus præualuerint*, toto illo Libro 10. ſuis præpoſitis diſtinctionibus, doctrinisque omnibus, ac artibus ſingillatim, enumeratiſque, tum antiquæ, tum modernæ ætatis dignioribus viris, qui in eis floruerunt, capitulis 28. ſatis accuratè reſpondet. Suadet tamen lectori ſub principio, ne ſtatim, nondum bene ſuis rationibus ab eo hinc inde libratis, ac ponderatis, eas contemneret, vt eo affectu ſe expoliet, per quem aiebat ille priſcorum oratorum dialogiſmi auctor, *Vitio enim malignitatis humanæ vetera ſemper in laude, præſentia in faſtidio ſunt*. Perluſtret attentè lector meus totum excurſum illum, adeo nobilem, atque egregium, maxime cap.14. Vbi agitur de Poetibus antiquis, ac modernis; quorum & hi pariter ſecantes cum illis omnem Poeſim in partem repræſentatiuam, & in partem narratiuam, prioremque in comicam, & tragicam ſubdiuidentes, adinuenere tamen & tertiam aliam ſpeciem, quam neque Comicam nuncupant, neque Tragicam, ſed Paſtoralem, ac Syluestrem. Nam ſic haud equidem adulatoria, ac falſa, quæ ipſe tradidi de Philomatho, adiudicauerit, ſed vera vtique, & nunquam mihi domeſtica, ſed ab alijs prælibata, & hic fideliter reſcripta. Aſt quid, etſi pariter & domeſtica? Num & non idcirco ab omni aſſentatione aliena, ac propterea veluti comperta non debita laude promerita? *Domeſtica prædicabo* (aiebat Nazianzenus de ſorore ſua Gorgonia) *ſed non quia domeſtica, ideò falſa, ſed quia vera, ideo laudabilia: Vera, non modo quia iuſta, ſed quia nota.*

Taxon. lib. 10. per totũ

Poeſis genera, ſeu partes.

Nazianz. de laude ſororis ſuæ Gorgoniæ.

Exoſos quam maximè Adriano Papæ VI. Poetas extitiſſe, adeo vt vix ſentiens ſummus ille Sacerdos, aliquem eſſe Poetam, ſtatim malum iudicium de eo efficeret, refert idem Taxonus lib.7. quæſt. 11. fol.287. Hinc non mirum, ſi ſub eius ferula Carolus V. Imperator latinis literis tam valdè modicè profecerit: expertus fortè tantus præceptor ac magiſter, literarias exercitationes Principi politico, vt benè ſe gerat, nequaquam fore neceſſarias, ſicut idem ſcriptor excellenter tum rationibus, tum etiam & exemplis hiſtoricis demonſtrat lib.7. Verum exiſtimandum, Pontificem illum, adeo doctum ac ſapientem (neque non gnarus, magnam ſacrorum Bibliorum partem poeticè conſcriptam) haudquaquam Poeſim legitimam, in Dei laudes, Heroumque geſta decantanda exortam, tam magno odio perſequi ac habuiſſe, ſed illegitimam vtique, atque adulteram, & nonniſi ad animarum, & Reipublicæ perniciem

Poeſis legitima quæ.

in

Digitized by Google

in dies (maxime Italam) occupatam. *Chriſtianis prohibitum* (ait Iſidorus apud eundem Taxonum) *legere figmenta Poetarum, quia per oblectamenta fabularum excitant mentem ad incentiua libidinum*. Vide ſi placet Epiſt. ad Lectorem Poem. Epici Itali cui ſubiectum, *Il Santo di Padoua*. Aſt Philomathi noſtri poeſis, *ſtudia plena vecordiæ, inania & fluxa* (vt dixit Tacitus de iudicio contra Lutorium) minimè continet. Vndique virgo eſt, vndique honeſta, ac ſincera, hilaris, culta, pura, compoſita, vtilis, ac propterea in obtrectatores verè *Aſtrum Chiſianum* adhuc in extinctum, quemadmodum nec ab aliquo inuidiæ, ac maleuolentiæ impetu extinguendum. Titulus libri nouo quodam ſacramento, dato in diſtichomilia, id apertè patefacit, ſuo ibidem propoſito anagrammate ac diſtico.

Plures alios teſtes, & quidem haud leuis fidei, habebis, mi lector, de Philomatho in altera citata editione, in cuius finem varias acclamationes doctorum Poetarum reperies ſub iſta inſcriptione. *Acclamationes in maximi viri Philomathi Muſas Iuueniles*. Primus acclamator, qui ſtatim tibi occurret, Alexander Pollinus Florentinus. Deinde qui ipſum ſequuntur: Auguſtinus Fauoritus Lunenſis; Hieronymus de Vecchijs Senenſis: Iacobus Ninius & ipſe Senenſis: Iacobus Philippus Camola Romanus. Ioannes Baptiſta Turricellus Patauinus. Ioannes Rotgem Torch Canonicus Monaſterienſis, & Mindenſis. Natalis Rondininus Romanus. Stephanus Eradius Raguſinus. Ferdinandus à Furſtenbergh citatus. Iacobus Vvalius è Societate Ieſu. Iacobus Albanus Gilbeſius Brit. Med. Doct. Tandem emerſit vnus deſpectus Anonymus, qui Philomathum Romanæ eloquutionis, & elegantiæ reſtauratorem nuncupare, fas eſſe, bene aduertit ex eodem, Carm. XXXIV. ſic fatente.

At poſtquam Antiquæ periit facundia Romæ,
Quam nos ex multis tentamùs ducere chartis.

Idipſum pariter & ſuo proprio ſtylo egregiè comprobat Philomathus.

Digitized by Google

COLOSSVS

Heroum, numquam caſurus,

LIBERALITAS.

Oppreſſos miſeris diſcite cladibus
Tutari ingenuo pectore prouidi:
Concordi charites manu
Vatum carmina concinunt.
Certabunt Populi funera poſt tua
Aras ponere ſupplices,
Pingues cedere victimas.

Regnet Roma ſuperbior,
Et tranquilla ferat ſæcula poſteris.

Cecinit Chorus Peluſiorum apud Philomat. fol. 242. de munificentia Regis Ptolemei erga Pompeium.

A R-

Digitized by Google

ARCANVM I.

Tribus alijs princeps.

Suſcipiant Montes Pacem Populo. Pſal.71.

ALEXANDER VII.
CHISIVS.

ANAGRAMMA.

Nexus ſat vigil, ſpem bis arde;
Quibus
Altero ſanguinis nexu auſpicatum Sacramentum ita reuelatur.
ITALVS

DOMVS AVSTRICA, ET BORBONICA.

Italus Rex vtriuſque Proſapiæ fons, & origo.
Sex eius nominis apices
Continent Myſterium iſtud.
SALVTI.

Tria autem prædicta nomina, xxx characteribus conſcripta, tali oraculo tranſpoſitiuè enuncianda.

Vi robuſta ſibi, Cælo Turcas domant.

Inter Deum, & Homines.
Inter Chriſtianos Heroas Populoſque
Vigilans in Chriſti Vicario nexus Apoſtolicus,
Communique conſulens
SALVTI;
His ſpem ardet,
Vt ea, quæ hæ duæ ſoboles maximè eminent, auctoritate,
Perenni fœdere coniunctæ,
Vi robuſta ſibi, & Cælo Turcas doment.

Poſtulat hoc ſceptri pietas, grauiuſque recuſant,
Quam tolerare queant, vtraque regna iugum.

Mutat C. in G.

Auſtria ab auſtri vento etiam nuncupata ex Laz. in cōm. rer. vien.

Vide Auctorem tom. 1. & 2. Hiſt. Auſtriac.

Hæc

Hæc eadem toto communis pectore clamat
Relligio, meſtas non ſemel vda genas.
Hæc lachrymis gemituuè ſuo ter maximus vrget
Antiſtes; monitis hæc ſonat ille ſuis.
Antiquis pia thura focis adolentur, & omnis
Carminibus latè conſonat ara ſacris.
Aſſiduus niueâ redimitus veſte Sacerdos
Euocat è Cælo numen, & ore litat.
Virginei cætus, & neſcia pectora noxæ
Pacifico fundunt vota preceſque Deo.

Sic modulatur Philom. Car. LXXV.
Nunc igitur
Suſcipiant Montes
CHISIÆ FAMILIÆ
Armis Gentilitijs adeò ſummè eminentes,
In fœderis Symbolo,
Vnica Stellæ contuitu ita feliciter orbi omni emicante,
PER FABIVM MAXIMVM
Enunciatam Pacem Populo,
Factus iam in Pace locus eius.
Et habitatio eius in Sion.
Suſcipiant & alterum myſterium nonum
De Rege Chriſtianiſſimo.
ALOISIVS DECIMVS QVARTVS BORBONIVS.
Tranſponant haſce literas XXXI. atque in hunc modum
Heroi adoleſcenti hilari voce applaudant.
I MVNDO CARVS, QVI AVSTRIVS SOBOLE BIS.
Repetant ei ſubinde hæc fauſta, & auſpicata.
I mundo bis carus, qui Auſtrius ſobole
AVSTRIÆ SOBOLI
Animo, & Sacramento coniungaris.
Sic imperat cœlum omne,
Terra vniuerſa ſacro illo Philomathi ore,
Quod lingua Pontificia nunc obloquitur,
Sic Deum precatur.
In Cant. Moyſis ver. 16. Formido in illos ò ruat amplius
Terrrorque & omnis vis tua deprimat,
Immota bellantum rigeſcant
Agmina *tali ligamine,*
Quo barbarus efferuſque orientis canis in ferrea
catena aſtringendus.
TALI FOEDERE

Quo

Digitized by Google

Eulogica Enucleatio.

Quo fœda tot impiorum, ac formidoloſorum Hoſtium acies
Vſque ad interitum proſternendæ.
Suſcipiant, & hanc pariter harmoniam
CHISII MONTES.

DOMVS AVSTRIACA.
Anagramma.
CARA SVM, IVSTA DO.
Item
DOMVS BORBONIA.
Anagramma.
SVM ORBI, BONA DO.
Bonum nonniſi ex integra cauſa.
Extans quiſpiam Auguſtè Orbi, ſi bona dat orbi,
Orbi carus eſt, & iuſta ei tribuit. Idem quoque vice verſa.
Promiſcuè in vtraque ſtirpe
CHARITAS. IVSTITIA. BONITAS.
Triplex id ligamem.
Binum & ſanguinis, & Religionis vinculum, ex ſtirpis vtriuſque,
AVSTRIACAE BORBONICAE,
Vnitati
Reciprocè ac fortiter confectum.
His Nodus Herculeus inde
Quinquies
Auſtrios Borboniоſque Principes
Inuitat, aſtringit, cohibet.
Vt quales ſunt
AFFINITATE, AVCTORITATE, MAIESTATE,
Tales quoque ſint
Animis, locutionibus, rebus geſtis.
Clamante iam in ſupremo Eccleſia omnis Antiſtite,
Orbe toto, hactenus ſub armis eorum defatigato;
Recedant vetera, noua ſint omnia,
Corda, Voces, & Opera.
Iura magiſtratus repetat ſua; nobilis artes
Ingenuas pubes, deſertaque rura colonus,
Securas quoque paſtor oues, ad littora merces
Noſtra vebat nigris auidus mercator ab Indis;
Et ſuo tranquillo redeat PAX AVREA SECLO.
Te rogo, qui cælum, qui terras Numine comples,


 Quo

Digitized by Google

Quo ſine frondoſa folium non decidit vlmo ;
Cuius ad arbitrium flectuntur corda Potentum ;
Spiritus almæ Patris , Natique æterna voluptas,
Tu miſeris aſſiſte pius ; Tu frange rebelles ;
Tu Romanum orbem cæleſti PACE ſerena ;
Diſcordes conuerte animos , populumque tuorum
Sancte Amor, hic ſeruans, acta poſt nubila vitæ
AEthereas olli ſedes , & regna beata
Indulge , ambroſiaſque epulas, quibus vſque fruatur
Pronus ad obſequium dignis tibi gloria faſtis
CRESCAT, ET AETERNIS NECTATVR ADOREA SERTIS.

Cecinit Philom. Carm. LXXIV.

CVIVS MONTES PACEM POPVLO SVSCIPIVNT.
FACTVS IN PACE LOCVS EIVS,
ET HABITATIO EIVS IN SION.



A R.

Digitized by Google

ARCANVM II.

Funiculus triplex difficile rumpitur. Eccleſ.4.

ALEXANDER VII.

Nuncupatio tua eſt,

O FABI,

Pontifex Summe, Optime, Maxime:

Qui è Gentis Chiſianæ montibus

Ad Montem Mirrhæ

Greſſu tam celeri, Deo Duce, conſcendens,

CHISIAM STELLAM

Magnæ ac nouæ ſtellæ,

Quæ ſicut flamma coruſcat, & Regem Regum Deum demonſtrat,

Sacri flaminis impetu vſque ad

ſolium Deitatis euectus,

ſpectatoribus

MVNDO, ANGELIS, ET HOMINIBVS,

Admirandum in modum coniunxiſti.

Vtriuſque nomenclaturæ literis,

Tum arithmetica, tum myſtica quoque perfectione

Innoteſcentibus, omnis terrarum orbis

ita alloquitur

Sanctitatem Tuam.

ES RETE MVNDI, SAL, PAX.

TRIAS, TRIADOS

In ſupremo totius Eccleſiæ Paſtore,

Potente vtroque Gladio:

Sapiente timore potenti:

Bono ſapienti vnctione,

AEmula admodum.

RETE MVNDI.

Piſces capiens. Animalia. Volatilia.

Digitized by Google

Quatuor Arcanorum

Mente. Verbo. Reaſpe.

Quid, Menti. Quis, Verbo. Qualis, Reaſpe.

Quid, Reti. Quis, Sali. Qualis, Paci

IN CHRISTI VICARIO

Harmonica vndique

D. Bern. l. 2. de Conſid. *Quid Pontifex in natura ſit, altè cogitet.*

Expanſo enim Humilitatis rete,

Per cordis affectionem

Gratiæ, & gloriæ larga munera mente pertrahenda.

Luce 1. 5. Laxare Rete in capturam.

Quid Pontifex in perſona ſit, maturè perpendat.

Verbo enim, & poteſtate per prædicationem

Verus animarum Piſcator.

Venite poſt me, faciam vos fieri piſcatores hominum.

Matth. 13. *Quid Pontifex in moribus ſit, aſſiduè conſideret.*

Reaſpe enim Eccleſiæ congregatio

Generoſa captura in dies accreſcenda.

D. Bern. ib. Erat rete plenum magnis piſcibus 153. Et cum tanti eſſent, non eſt ſciſſum rete.

SAL MVNDI.

Et dictio, QVIS, huic ſali valdè conſonum.

Pontifex admodum ſapit, & verum ſapit,

Ea menſura contentus, quam ſibi menſus eſt Deus.

Matth. ib. *Quaque exemplo prophetico ſapit præſidere,*

Non tam ad imperitandum,

Quam ad factitandum, quod tempus requirit.

SAPIT.

Sarculo ſibi opus eſſe, non ſceptro.

Se in Petri ſolium non

Regnaturum, ſed extirpaturum conſcendiſſe.

SAPIT.

Vacuum prorſus à ſolitudine rerum minorum, & vilium

Oportere eſſe animum,

Tam magnis, & tam multis intentum rebus.

Oportare liberum.

Quem nulla ſe vendicet violenta occupatio.

Oportere ingenuum.

Quem nulla deorſum trahat indigna affectio.

Oportere rectum.

Quem nulla ſeorſum auertat ſiniſtra intentio.

Opor-

Oportere firmum.

Quem nulla concutiat repentina turbatio.

Oportere inuictum.

Quem uulla fatiget vel continua tribulatio.

Oportere amplum.

Quem nulla coarctet rei temporalis amiſſio.

SAPIT,

Monſtruoſam rem eſſe.

Gradum ſummum, & Animum infimum.
Sedem primam, & vitam imam.
Linguam magniloquam, & manum otioſam.
Sermonem multum, & fructum nullum.
Vultum grauem, & actum leuem.
Ingentem auctoritatem, & nutantem ſtabilitatem. Matt. 5.

Vos eſtis Sal Terræ. Carm. 60. ver. vlt.

Sal hic nomine, ſal re, addidit Philom. & Carmen effecit hexametrum.

Sale iſto ablato inſulſa omnia prorſus. Iob. 6.

Nunquid poterit comedi inſulſum, quod non eſt ſale conditum?

PAX MVNDI.

Qualis in moribus Pontifex?

Solers in operando. Ad Tim. 3.

Si quis Epiſcopatum deſiderat bonum opus deſiderat. Ioan. 10.

Eminens in imperando.

Et ſequuntur me meæ.

Præcedens in laborando Act. 3.

Cæpit facere, & docere.

SAPIENS IN CONTEMPLANDO. Matt. 5. 14.

Aſcendit in montem orare.

Talis decebat vt in nobis eſſet Pontifex Ad Hæb. 7.

Dulciſſimus mediator. Innocens, impollutus

Mundiſſimus Conuerſator. Segregatus à Populis

Doctiſſimus Elongator. Excelſior Cælis factus

Altiſſimus contemplatur.

IN HIS VERA MVNDI PAX.

Mediatrix omnis aduerſitatis.

Quia virtus conſocians.

Abdicatrix omnis iniquitatis.

Quia valde vtilis

De-

Digitized by Google

Deteſtatrix praua ſocietatis.

Quia valde amabilis.

Contemplatrix ſumma felicitatis.
Quia valde delectabilis.

Ad Epheſ. 2. Ipſe eſt Pax noſtra, qui facit vtraque vnum.
Qui PACEM tenuit,
Nominabitur nomen tuum pax iuſtitiæ.
Qui PACEM docuit,
Loquetur pacem in plebem ſuam.
Qui PACEM præbuit,
Loquetur Pacem gentibus.

Zacch. 9. Cant. 8. *STELLA CHISIA*
Super montes aromatum
AEterna ſtabilitate firmata,
Varia circumdata Iride, Thronum Dei, & caput Dei Redimientis, radios Pacis emittens, coruſcat Pulchritudine, & gratia.
DILECTIONE, ET AMORE
Vbertate, & copia.
Fortitudine, & robore.
Sapientia, & ſtudio; lætitia, & gaudio.
Hiſce radijs
Clara inſpicit, & lumine abundat.
Omnibus placet, & omnes allicit.
Omnia concordat, & omnibus indulget.
CHISIAE SOBOLIS NVNC IVBAR VNICVM
Exiſtit permanentia ſublimi,
EGO SVM.
Influit effuſione ſalubri,
GENVS.
Adhæret coniunctione ſerena,
RADIX.
Apparet dilectione ſuperna,
DAVID.
Eminet altitudine ſuperlatiua,
STELLA.
Coruſcat lumine ſingulari,
SPLENDIDA.
Manet claritate ſempiterna,

Matu-

Digitized by Google

Eulogicæ Enucleatio
MATVTINA.
In Diademate, quo coronauit eum Mater ſua. Cant. 3.

DIVINI FVLGORES.

Firmitas.		Inconſtantiam.
Pietas.		Impietatem.
Charitas.	Terrent	Truculentiam.
Honeſtas.	Thraciæ Lunæ	Impudentiam.
Affectio.		Aſtum.
Diſcretio.		Tyrannidem.

IGITVR

ALEXANDER SEPTIMVS

Ipſe eſt qui facit vtraque vnum

Ret Eloquentiæ.

Sale Sapientiæ.

Pace Diligentiæ.

Ipſe ſimul funiculus triplex, ad rumpendum difficile.

Iunctis eo

Perenni fœdere Heroibus Chriſtianis,

CHARITVM TRIAS

Dulciſono Philomathi ore taliter modulatur.

QVALIS CORVSCVS TEMPORIS ARBITER;
Bis ſena qui per ſigna volatilis,
Et noctis, horis, & diei
Imparibus regit equus orbem,
NEMBOSA POSTQVAM SÆVIIT IMPETE
Late maligno bruma Aquilonibus
Exaſperans imbres, & vrna
Iliacus gelida receſſit;
EMENSVS AVRI VELLERA DIVITIS,
Tauri pererrans terga potentior,
Serenat auras, & feracem
Complet humum grauidatque fetu;
RIDENT ODORIS GRAMINA FLORIBVS;
Arbos renatis luxuriat comis;
Aues Patrem lucis, canoro
Murmure, conſpicuum ſalutant:
TRANQVILLA VVLTV PAX REDIT AVREO;
Concors potentem dat Pietas manum;
Vindexque probrorum, & ſalubris
IVSTITIÆ METVENDA PRÆSES.

A R-

ARCANVM III.

Quaſi ſtella matutina in medio nebulæ. Eccleſ. 50.

ALEXANDER VII.

ANAGRAMMA.

Eſt ne Aſtrum? Dei Pax?

Eſt prorſus vtrumque

Romanus Pontifex Optimus Maximus

FABIVS CHISIVS SENENSIS.

Cuius Philomathus antea cecinerat Colonia.

Car. 83. fol. 178. Nec terris Pax vera datur, niſi debita primùm
Gloria ſideribus Diuinum Numen adorat.

In ingenti ASTRO CHISIANO,
Supra Petri ſede diuinitus coruſcante,
SACERDOTE AETERNO
SECVNDVM ORDINEM MELCHISEDECH
Adorato,
Pax vera datur in terris.
STELLA MIRIFICA,
Regum Principumque Chriſtianorum ſummè Ductrix,
E montibus altis nouiter exorta,
Annis quatuor ſub truculentiori Marte iam exactis,
ANGELI PACIS,
Qui in Pacis Feretro
Triſti luctu, ac mœrore, Europa omni circumſtante,
Apum Triadis
Luſtris quatuor maſtis ſuſurris
Duobus verò Columbæ gemitibus, ramum oliua
in ore ferentis,
Infauſto exitu reſpondentes
Amarè fleuerant;
Iidem modo,
TOTO ORBE IN PACE COMPOSITO,

Diui-

Digitized by Google

Eulogica Enucleatio:
Diuinoque lucifero in Herourm maximorum cordibus;
Ad quorum ſchiſmata ſciſſuraſque

Columnæ Cæli contremiſcunt,

Iob. 26.

Illuceſcente,
Veluti è funere ea expergefacta, atque iterum nata;
Hymnum lætitiæ concinunt,
Gloria in altiſſimis Deo, & in terra Pax. Lucæ 2.
Pax in terra, quæ
Quaſi ſtella matutina in medio nebulæ
Eo nitidior exurgit,
Quo clarior cæteris, & iam inter malos doctrinis, & exemplis refulſit. Lyran.hic.
In nebula latro, Ant.de Pad.
Et in mundi vanitate, & pompa Diabolus, peccati auctor expaueſcendus. Domin. 1. poſt Trin.
Diffuſa nebula,
Naturæ Sol clarius micat.
Spreta mundi gloria, Gratiæ Sol micatius clareſcit.
Cum eleuatur, ſignum eſt tempeſtatis.
Cum cadit, ſerenitatem portendit.
Res maior videtur in nebula.
Totam terram nebula occupat,
Sed ſtatim neſcitur, quò deuenerit.
Viri diuitiarum, *pecunijs ſeruientes*
Non diuitiæ virorum
Dormierunt ſomnum ſuum, & nihil inuenerunt Pſal. 65.
In manibus ſuis.
Cum te eleuat gloria temporalis,
Signum eſt tuæ damnationis.
Cum cadit, perfectionis ſerenitas illicò erumpit.
Acus mortiferæ punctura
Quam paruus homo ſit, qui tam magnus videbatur, patefacit.
Abundantia temporalium
Operit faciem eius craſſitudo. Iob. 15.
Si aſcenderit vſque ad cælos ſuperbia eius, Iob. 20.
Et caput eius nubes tetigerit,
Quaſi ſterquilinium in fine perdetur.
Et qui eum viderant, dicent vbi eſt?
Nimia ne nos hic vide Phil.ſõ. 25
Fiducia nocens fallat. Alto quam bene
Regum latentes impetus confers mari!

Digitized by Google

Quod facile manet, id vertitur ſubito fretum,
Et quæ natabat leuius hic ſorbet rates.
Hac igitur de nebula
ASTRO CHISIO
Tanta maieſtate atque admiratione prorumpente,
Paulo poſt auditur,

Ad Phil. 4. *ET IN TERRA PAX.*
Quæ exuperat omnem ſenſum
Quaque concordia inſuperabili Gerionem illum parit,
Ad quem vera deſuper promiſſio.

Leuit. 26. Auferam malas beſtias,
Et gladius non tranſibit terminos veſtros.
Perſequimini inimicos veſtros,
Et corruent coram vobis.
Perſequentur quinque de veſtris centum alienos,
Et centum de vobis decem millia;
Cadent inimici veſtri gladio in conſpectu veſtro.
Pro Hocce Gerione
Corpus gerente monſtroſum,
Animis pluſquam armis conflato;
Etſi alioquin inermi, ac ſine bello tergaque
Hoſtibus vertente,
EXERCITVVM DEVS PVGNAT.

Inter Potentes Militiæ Duces
Quis conferendus, quis ſimilis Deo,
Quem ſanctitas, quem terror vnà
Magnificum, celebremque miris
ÆTERNAT ACTIS. ILLE MANVM IN TRVCES
Extendit hoſtes vix, & ab intimo
Diffiſſa captiuos reſorbet
Terra ſinu tumuloque condit.
NOS ILLE PRESSOS TOT MISERANS MALIS
Redemit; idem ſe dedit agminum
Ductorem, & acri dextera ædem
Incolumes tulit ad beatam.

Philomathus Carm. LXX. in Cant. Moyſis.

A R-

Digitized by Google

ARCANVM IV.

Ab vno orti ſunt (& hoc mortuo) tanquam ſidera Cæli in multitudine. Ad Hebr. 11.

ALEXANDER VII.

CHRISTI VICARIVS.

Anagramma.

STIRPI CHISIAE CLARVM SIDVS, REX NATV.

Puta carnali natiuitate magnus.

Quia clarus editus Atauis.

Spirituali verò procreatione

MAIOR. EMINENS. MAXIMVS.

Maior paſtorali ortu, veluti animarum

Epiſcopus, & Princeps.

EMINENS,

Renaſcendo purpura, ceu in toto terrarum orbe

Cardo, & Antiſtes,

Hierarchica auctoritate,

Diuino cruore reſperſa, venuſtè erubeſcens.

MAXIMVS.

Sanctiſſimo, ac Beatiſſimo Natalitio,

Quo nouiter quindecies natus.

Vt ſit ſub vnica,

Ingenti granditate concepta,

Nomenclatura,

PAPA.

Patrum Pater.

Chriſtianorum Pontifex.

Sacerdos ſummus. Sacerdotum Princeps.

CHRISTI VICARIVS.

Bellarm. de Pont. Rom. l. 2, c. vlt.

H 2 *Cor-*

Quatuor Arcanorum
Corporis Eccleſiæ caput,
Eccleſiaſtici ædificij fundamentum.
Ouilis Chriſti Paſtor. Omnium fidelium Pater; & Doctor.
Domus Dei Rector. Eius vineæ cuſtos.
Eccleſiæ ſponſus. Sedis Apoſtolicæ Præſes.
VNIVERSALIS EPISCOPVS.
Titulis his XV. ſibi ſoli in terris præcipuis
Regum omnium terrenorum
Et ipſe Rex Chriſtus viſibilis
Delegatione. Auctoritate.
MONARCHIA,
Vtroque gladio regenda.
Pſal. 46. Rex magnus ſuper omnem terram.
R E X
Vnica ſillaba, & tres apices.
Quorum Principem caninum nuncupant;
Perſ. *Dum tremula linguæ vibratione canum, cum*
Ringuntur ſonus imitatur.
Medius dulciſonus.
Poſtremus Crucis eicone conſignatus.
Vb cunque ſe vertit
Rigida inuenit, aſpera nequit aufugere Rex.
CHORVS PELVSIORVM AVDIENDVS
Apud Philomathum.
Fol. 261. Quanti, heu, Regis corda tumultus,
Quantique premunt vndique caſus!
Expers ſomni nocte quietem
Neſcit; Vario torquet ſeſe
Ipſe rotatu; non menſa famem
Bene compeſcit, dum timet illic
Latuiſſe dolos. Nulla eſt regum
Libertas: ſed ſplendida ſerui
Colla coronant auro. Miſeros
Sic illudens fors, nitida ſibi
Mancipia trahit: Quo quiſque ſuper
Moderat pedem ptoferet audax,
Erit infelix nimis hoc ipſo,
PAX ERIT HVMILI LOCO, &c.

Rex

Digitized by Google

Rex grandis natu, & tam modica felicitate paruus
Quoties vult, & incaſſum? D.Bern. l. 1. de conſid.
Quoties mouet, nec promouet?
Quoties conatur, & non datur vltra?
Enititur, & non parit. Tentat, & abripitur?
Et vbi incipit, ibi deficit?
Et dum adhuc orditur, ſuccidunt eum?
Nulla turpior ſeruitus, grauiorue
Quam ſeruitus Iudæorum,
Quam, quocunque ierint, poſt ſe trahunt.
Et vbique Dominos offendunt ſuos.
Dicat, quaeſo. Pontifex
Vbi vnquam ſit liber: Vbi tutus: Vbi ſuus?
Vbique ſtrepitus.
Vbique tumultus.
Vbique iugum ſeruitutis ipſum premit.
Rex natu.
Et ſibi natus, & Gregi, & Deo.
Et homo natus vtrinque, & vtriſque.
Non infulatus, non micans gemmis;
Aut floribus ſericis.
Non coronatus pennis, aut ſuffarcinatus metallis. Idem ibid. lib. 2.
Sed homo natus ad laborem, non ad honorem.
Vt regeret Deo ſe, ſua, oues.
Homo natus de muliere, *& ob hoc cum reatu.*
Breui viuens tempore, *ideoque cum metu.*
Repletus multis miſerijs
Et propterea cum fletu.
Aſt tunc verè multis, cum verè Rex pro multis;
Quia corporis, & animæ ſimul,
Quibus R. & X extreme reſpondent.
Salubris copula.
Vt cogitans ſe
Summum Pontificem,
Attendat pariter
Viliſſimum cinerem non fuiſſe, ſed eſſe.
Imitanda natura.
Et quod dignius auctor naturæ imitandus,
Summa imaque conſocians.
Natura in Perſona Hominis

Vili

Vili limo Vita ſpiraculum colligauit.

Auctor Naturæ

In ſui perſona verbum limumque contemperauit.

Sumenda inde forma

Tam de noſtræ concreatione originis;

Quam de Sacramento Redemptionis.

Sic altus ſedens,

Non alta ſapiens erit.

Sic humilia de ſe ſentiens,

Humilibus conſentiet.

Rex taliter natu in ſe conſiſtat.

Non infra deijci. Non attolli ſupra.

Non euadere in longius. Non extendi in latius.

Teneat medium, ne perdat modum.

Locus medius tutus.

Medium ſedes modi, & modus virtutis.

Vltra in longo. Extra in lato.

Supra in alto. Infra in imo

Sedes modi nequaquam.

Longitudo exterminium habere ſolet,

Dilatatio ſciſſuram.

Altitudo ruinam,

Profundum abſorbitionem.

Longum dico,

Cum ſibi homo longiorem promittit vitam.

Latum dico,

Cum ſin ſuperfluas animus extenditur curas.

Altum dico,

Cum de ſe plus præſumit.

Profundum dico,

Cum ſe plus deijcit.

REX NATV,

Et eo Eccleſiæ ſtatu, de quo

PHILOMATHVS.

Fol. 152. Et meret calcata fides, temeratur eodem
Crimine nobilitas, & auiti ſtematis ex lex
Degenerat virtus, vitijſque oppreſſa rebellat.

Et

Et erit omnis terra poſſeſſio eius. Pſal. 49.

CHRISTVS HIC EST, D. Bern. l. 3. ibid.

Qui poſſeſſionem ſibi vendicat

Et iure creationis,

Et merito redemptionis;

Et dono Patris.

Papa Hæres, & orbis Hæreditas.

Poſſeſſionem, & Dominium cedat CHRISTO.

Curam illius habeat.

Pars eius hæc, vltra non extendat manum.

PRAESIT,

Vt prouideat, vt conſulat, vt procuret, vt ſeruet.

Præſit, vt Proſit.

PRAESIT,

Vt fidelis ſeruus, & prudens, Matt. 24.

Quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam.

Præſit, vt det illis eſcam in tempore.

Vt diſpenſet, non imperet.

Dominari ne affectet hominum homo,

Vt non dominetur ſui omnis iniuſtitia. Pſal. 118.

PRAESIT,

Et dum meret calcata fides,

In criminibus potiſſimum, non in poſſeſſionibus eius

Dignitas, & poteſtas.

Non quia & hac pariter indigni Pontifices, quibus

Bina Regni Cœlorum claues tradita.

Sed quia indignum Pontificibus,

Talibus inſiſtere, quippe potioribus occupatis.

PRAESIT.

Et dum temeratur eodem crimine Nobilitas,

Non ad dominandum præſit.

Sed vt euellat, & deſtruat,

Et diſperdat, & diſſipet, & ædificet, & plantet. Hierem. 1.

Quid horum faſtum ſonat?

Ruſticani magis ſudoris ſchemate quodam

Labor ſpiritualis expreſſus.

Exeat Rex, Pontifex, & Sacerdos

In agrum Domini ſui,

Dum

Digitized by Google

Dum auiti ſtemmatis ex lex degenerat virtus,
Vitijſque oppreſſa rebellat.
Exeat in mundi agrum, ſibi creditum, ac
Tantis hodie de veteri maledicto
Silueſcentem ſpinis, & tribulis.
Exeat in illum,
Non tanquam Dominus, ſed tanquam Villicus
Videre, & procurare,
Vnde exigenda ratio.
Eleuet oculos, & videat regiones,
Si non ſunt magis ſiccæ ad ignem,
Quam albæ ad meſſem.
Multæ, quas putauerat fruges,
Vepres potius: imò ne vepres quidem,
Annoſæ, & veternoſæ arbores;
Nec profectò fructiferæ
Niſi fortè glandium, aut ſiliquarum, quas
Porci manducant.
Quouſque occupant terram?
Exeat, & cernat iſta.
Nam pudebit, ocioſam iacere ſecurim.
Pudebit ſine cauſa
Falcem Apoſtolicam accepiſſe.
S I D V S C H I S I A N V M
Refulget iam nouum,
Vt tollat omne noxium.
Vbi ſupra. *Toto Pax exulat orbe,*
Haud flendo Philomela ſua cantabit Philomathus.
Nam ſub eius orto ſidere
Toto Pax exultat in orbe.
Ex hoc vnico ſidere,
Mortuo ſibi, extincto Mundo,
Iuſtitiæ Solem in eo adorato, adeo amplè
Circumfertus,
Ortus ſiderum multiplex.
Proles tales, qualia exempla,
Quæ eius Cycnus chely Dauidica nunc modulatur,
In pace in idipſum
Tranquilliſſimo imperio, ac pacatiſſimo regimine
Dormiam, & requieſcam.
IN PACE.

Belli-

Digitized by Google

Eulogica Enucleatio.

Belligera in Thraces, in Ethnicos, in Achatholicos.
Dormitione, Arghica in ſui inſpectione,
Et in eorum ſimul,
Quæ circa ſe ſunt, infra ſe, ſupra ſe.
R E Q V I E, P A S T O R A L I
Labore, & ſudore multo ad gaudente.
Triplex in his fecunditas,
Qua totius Eccleſiæ ſponſus,
Geniminibus viperarum ſuffocatis,
Sidera quamplurima,
Propagata, æmulata, imitata,
Ingenti gaudio parturit.
Hauſi iſtud
Ex maiorum Philomathi à C X L. annis
Sub paterni cubiculi laqueari
In depicta Cæſaris geſta Epigrammate.

Fleuit Alexandri Cæſar cum vidit honores, Ex litteris
Concepitque animis æquora, regna, Polum. lim. Guill.
Inde triumphatum circumtulit arma per orbem;
Tantum ingens virtus, æmula facta poteſt.
Quiſquis in hac igitur defigit imaginem vultus,
Æmulus is magni Cæſaris eſſe velit.

Senſa, amplius hodie quam prius vrgentia
I N P H I L O M A T H O,
Ore aureo os meum plumbeum ita occludunt.

Stemmata maiorum, clypeique inſigne paterni
Vos quernæ frondes, montes, & ſidera abite. Carm. 55.
Non ego Gentiles ceras, non ſomnia, & vmbras
Vltra ſectabor. Cordis penetralia IESVS
Sat mihi, ſi teneat, qualem deſignat imago
De cruce pendentem. O vtinam mea vera voluptas,
Perpetuò tecum viuam! Sic vincere ſenſum
Et vitium tua palma dabit: Sic pinguis oliua
Lætitiam pacemque feret: ſic grata corona
Pro te poſſe pati: tua ſic vexilla ſequentem
Excipies cælo tandem, Dulciſſime IESV.
Cætera quid quæram, quando fers omnia tecum;
Et ſine te nihil? *Ergo Deus meus omnia ſolus*
Sis mihi; ſeu vitam placeat producere, mortem
Seu properare magis, *fiat tua ſola voluntas.*

Vota eius

Eadem omninò carmine 45. cui Epigraphen.

Oratio

Qua petit auxilium à Deo.

Ibi ſuo IESV ita loquitur.

Audio diuinum reſonans in pectore carmen.
Qui ſequitur me non ambulat in tenebris.
Fac mihi te comitem, præfer tua lumina IESV:
Cernere, ſiue ſequi te, ſine te, nequeo.

Finis Quatuor Arcanorum.

Digitized by Google

CENTONE

I CVI CENCI SON PRESI

Dalla ricca Galeria

